

*Bactris oligoclada* Burret nov. spec. — „Caudex 4 pedes altus, 2 cm fere in diam., aculeis nigris armatus, annulis ad 7 cm circ. dissitis. Frondium rhachis 4 pedes longa.“ Petiolus, ut videtur, sat longus, ut rhachis, quæ minus dense spinosa, aculeis nigris, 2—5 cm longis, solitariis armatus, fusco-furfuraceus. Segmenta utrinsecus 5—7, per greges disposita, 2 vel 3 dense aggregata, inter greges spatii longis interjectis, praeter jugum apicale, ubi binervia, omnia nervo primario unico percursa, i. s. supra viridia, subtus brunnea, utrinque glabra, subnitentia, inter minus tenuia, ambitu oblanceolata, asymetrica, dimidia superiore parte supra costam mediam sita caudato-producta, frondis maximae (prob. adultae) visa apicalia in margine superiore 24 cm longa, 5 cm latitudine paulo superantia, gregis medii 25—30 cm longa, quam 5 cm paulo latiora, basi conspicue reduplicata, angusta, vix 5 mm in diam., basilaria quam reliqua angustiora, omnia margine aculeis nigris sparsiuscule sequentibus ciliata, praeterea inermia, nervis secundariis dextra sinistra praeter marginalem 3 percursa, ulterioribus longitudinalibus vix conspicuis, transversalibus oblique serpentinis supra optime conspicuis. Spadix sat parvus, cernuus, 18—20 cm longus, quorum pars ramosa 6—8 cm. Spathæ 17 cm longae, quorum inferior 7—8 cm, inferior inermis, glabra vel glabrata, longitudinaliter nervoso-striata, superior fusiformis, inferne sordide badio-furfuracea, superne, versus apicem setis nigris, strigosis dense oblecta. Pedunculus praeter setas nonnullas inermis, furfuraceus. Rhachis 1,5—1 cm longa, ramis 5—7. Rami 6,5—4 (3) cm longi, apice tenues, fructuum insertionibus dispersis, illis florum ♂ numerosis intermixtis. Fructus aurantiaci, pyriformes, maturi i. s. 1,5—1,8 cm lati, flavidi, corrugati, basi nonnihil, fere stipitatum protracti, vertice conspicue apiculati, inermes atque glabri, longitudinaliter sat obscure striati. Endocarpium 1 cm altum, ad 1,5 cm fere latum, extus irregulariter foveolatum. Perianthium fructiferum sat explanatum. Calyx subtrilobus, parvus. Corolla duplo latior, 5 mm in diam., inciso-triloba, lobis late ovatis. Annulus staminodialis nullus.

Britisch-Guayana: Conawaruk River (September 1905 — A. W. BARTLETT n. 8194).

Hiermit stimmt gut überein eine Pflanze im Kew-Herbarium, deren Wedelrhachis nicht so stark bestachelt ist. Es sind an 2 Wedeln beiderseits 7—8 Fiedern vorhanden, von denen die mittlere Gruppe jederseits aus 3 Fiedern besteht:

Britisch-Guayana: Essequibo River, Morabelli Creek, Kidalebanaro. Bis 7 Fuß hoch. Frucht orange (mit Früchten September 1929 — SANDWICH n. 703 in herb. Kew).

Die Art erinnert, besonders in den Wedeln, an *Bactris lanceolata* Burret, der sie auch verwandt ist. Sie weist jedoch, vor allem im Kolben, aber auch im Wedel, erhebliche Unterschiede auf:

**Martinezia Killipii** Burret nov. spec. — Palma 3—5 m alta. Frondes 4—5 pedes longae. Petioli fragmentum superius setis tenuibus, parvis, paucis et aculeis saepe, ut videtur 2 (an etiam pluribus?) seriatim collateralibus vel singularibus, 2—3 cm circ. longis, nigris, applanatis, inferne lateraliter setoso-ciliatis. Fragmentum basilare setis et aculeis nigris numerosis armatum, aculeis usque ad 6 cm longis, supra canaliculatum. Frondis segmentum apicale 32 cm longum visum: Rhachis inermis, glabra. Segmenta per greges disposita, in altero latere suprema 4 dense aggregata et spatio 7 cm longo interjecto sequens insertum, in altero segmenta 5 juxtaposita et inferne rhachis nuda 8 cm longa visa, apicalia 2 basi breviter connata, rhacheos 2 cm tantum amplectentia, basi 10—12 mm in diam., in margine interiore 18 cm longa, inferne cuneata, apicem versus nonnihil, ad 8—9,5 cm dilatata, apice irregulariter transverse praemorsa, sequentia conspicue magis superne dilatata, inferiora visa circ. 14 cm longa, lateribus modice supra dimidiam partem productis, apice circ. 11—12 cm latis, omnia i. s. utrinque concoloria, glabra, inermia et margine inermia vel setis brevibus, robustis, oculo inermi inconspicuis inspersa. Spadix sat amplus. Pedunculus superior adpresse fusco-leproso-pilosus, setis nigris plerumque circ. 10—15 cm longis densiuscule praeditus, sed etiam minoribus, apice 6 mm in diam. Rhachis 36,5 cm longa, in modo pedunculi vestita, inermis vel fere, setulis minutis raris, oculo inermi plerumque inconspicuis. Rami numerosi, longi, majores 22 cm, levissime flexuosi, inermes vel fere, in modo descripto vestiti. Florum glomeruli laxè spiraliter dispositi, insertionibus superficialiter scrobiculatis, bracteis tenuibus, axis margine inferiore haud producto, ad parvam partem inferiorem tantum 3-flori, ♂ 2 lateraliter superpositis, ad majorem partem ♂ solis. Flores ♂ cocti circ. 7 mm longi, subpyramidati, acuti. Calyx 2—3 mm altus, sepalis ovato-acuminatis, superne striatis. Corollae lobi lanceolato-acuminati, dense striati. Stamina 6, longitudine circ. corollae. Filamenta brevia. Antherae lanceolatae, 3 mm longae, basi breviter sagittatae, dorso supra basin affixae, apice attenuatae, summo obtusiusculae, integrae. Pistillodium ovato-pyramidatum, 3-cuspidatum. Flores ♀ ovato-cuspidati. Sepala ovata, contracto-acuminata. Petala ovata vel ovato-oblonga, breviter cuspidato-acuminata. Staminodia aequilonga, oblongo-lanceolata, acuta. Gynaeceum setis flavidis densissime praeditum, stigmatibus 3 triangulari-acutis. Fructus majusculi, subglobosi, 2 cm cum perianthio